

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio an  
cum fonte primo

Huius pestis pestilencia percuciuntur principum laterales, palatini canes, adulacionis artifices, fabri laudis, figuli falsitatis. Hii sunt qui magniloqua commendacionis tuba in diuitum auribus citharizant, qui mellite adulacionis fauos foras eructant, qui ut emungant munera caput diuicis oleo adulacionis inungunt. Prelatorum auribus pluuinaria laudum subiciunt qui ab eorum pallis aut ficticum puluerem excuciunt aut uestem sophistice deplumant implumen.

Alanus de conplanctu siue conquestione nature.

Huius pestis pestilentia percutiuntur  
principum laterales, palatini canes,  
adulationis artifices, fabri laudis,  
figuli falsitatis. Hii sunt qui magniloqua  
commendacionis tuba in diuitum  
auribus citharizant, qui mellite  
adulationis fauos foras eructuant, qui,  
ut emungant munera, caput diuicitis oleo  
adulationis inungunt, prelatorum  
auribus pluuinaria laudum subiciunt,  
qui ab eorumdem palliis aut  
ficticum excutiunt puluerem aut  
uestem sophistice deplumant  
implumem.

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*,  
14 (N.M. Häring ed., p.862, ll.96-102).